

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio CXVII. Privilegium exemptionis Episcopo cuidam Ecclesiæ
concessum non valet sine consensu Capituli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO CXVII.

Privilegium exemptionis ab Episcopo cuidam Ecclesiae concessum non valet sine consensu Capituli.

R. P. D. Cavaletio.

Theatina Jurisdictionis.

In recent. decis.
382. Et inter im-
pref. Cavalerie
decis. 193.

Luna 26. Martii 1612.

S U M M A R I U M.

- 1 Ordinarius in sua diecsti habet juris af-
fidentiam quoad jus conferendi & ju-
risdictionem.
- 2 Scriptura in folio sine sigillo & subscri-
ptione Notarii non probat.
- 3 Archivium non dat robur scriptura im-
formi.
- 4 Episcopus sine Capitulo non potest jura
Ecclesia donare , aut exemptionem
- 5 Capituli consensus non probatur ex sub-
scriptione aliquorum Canonico-
rum.
- 6 Ordinario licet non detur manuten-
tio ex sola iuris assentia contra
allegantem titulum & precriptio-
nem , datur tamen si simul deducat
actus possessiores.

Rota censuit dandum esse mandatum de manutentendo Archiepiscopo Thea-
tino contra Abbatem Caramanici quoad cognitionem caularum criminale-
rum , matrimonialium & civilium , & quoad jus conferendi , cum Archie-
piscopus habeat intentionem fundatam in assistentia juris communis , quoad jus
conferendi . c. omnes Basilia 16. quest. 7. cum allegatis per Selvam de benefic. par. 2. qst.
22. num.

Ooo 3

22. numer. 41. quo verò ad jurisdictionem in cap. cum persona de privileg. in 6. t. § Episcopo, de offic. ordin. eod. lib. & in dispositione Sacri Concilii Tridentini sess. 24. cap. 10. fuit dictum in Veronae, juridict. 18. Martii 1596. coram bon. mem. Cardin. Pamphi. lio.

Nec visa fuit obstatre prætensa quasi possessio per Abbatem allegata, quia non bene probabatur; nam testes, præterquam quod non sunt in actis, non apparebant modo & coram quo fuerint examinati.

Insuper dicebatur solam quasi possessionem non impedire, quo minus Episcopus suam exerceat jurisdictionem. d. cap. cum persona, ubi Franc. & alii & licet pro parte Abbatis exhiberetur quoddam privilegium antiquum exemptionis concessum de anno M. C. LXXXIV. per Ordinarium Theatinum, tamen ad illud plurifaciat 2. respondebatur: nempe esse folium volans, & scripturam informem, cum si sumptum de sumpto, carens subscriptione & sigillo Archiepiscopi, subscriptione Notarii seu Cancellarii, & die concessionis ad not. per Bart. & alios in Autb. ad hoc C. de 3. fidei instrument. Pue. decif. 136. num. 2. lib. 3. Caputq. decif. 104. par. 2. Nec Domini partabant referre quod talis scriptura esset sumpta ex archivio; nam tale archivium negabatur, & archivium non dat robur scripturæ informi. Caputq. decif. 41. numer. 3. part. 1.

Sed quatenus etiam hoc privilegium esset in forma probanti, Domini dicebant non relevare, neque suffragari effectum de quo agitur, quia solus Episcopus sine Capitulo non potuit Ecclesie sua jura donare, nec potuit talem exemptionem concedere. C. cum nos, cap. iua, de his que sunt à Præl. cap. Pastoralis in fine ubi glor. fault. de donat. Federic. de Senis conf. III. numer. 3. in fine vers. nam cum in tali, con- 5 sensu autem Capituli non videbatur probari ex subscriptione aliquorum Canonorum, quia non apparebat intervenisse consensum ipsorum collegialiter, & Capitulo ad illud legitimè congregato ad tradita per Innocent. in cap. eamte, numer. 9. da Senis conf. 61. num. 5.

Et propterea Domini dicebant talem scripturam informem, & patientem tot exceptiones, non posse præbere sufficientem titulum ad præscribendum ut in d. cap. cum persona, §. ult. de privil. in 6.

Præterea illud quod dicitur non posse dari manutentionem Episcopo contra al- gantem titulum & præscriptionem, intelligitur quando Episcopus sibi assistentia juris communis inniteretur, quod tamen non visum fuit procedere in hoc casu, in 6. quo Episcopus pro parte sua ostendit plures actus sua possessionis, & etiam sententiā latam de anno 1569, in qua dicitur causas criminaleas & matrimoniales specialē & spectare ad Archiepiscopum Theatinum, & super illis plenam jurisdictionem habuisse & habere, & super Abbatia S. Mariae & aliis Ecclesiis Caramanici, tam- per Abbatem, quam alii presbyteris, clericis, & laicis.

Prout

Prout etiam tollebatur quod dici solet , assistantiam non dare manutentionem , quando est obfuscata actibus contrariis , quia id procedit , quando est sola , secus si cum ea concurrent actus possessorii , tunc enim Ordinarius est manutendus , qui est in possessione , propter assistantiam quam habet ultra dictos actus , licet inferior et iam ostendat actus contrarios .

Quare cùn plura opponerentur contra probationes Abbatis , quæ agent discussione in progreßu cause ; interim Domini censuerunt posse denegati manutentionem dicto Archiepiscopo , ut fuit dictum in Barenjurisdictionis 1. Februario 1610. eorum R. P. D. meo Coccino ; & in Veronensi supra allegata .

Et ita decimum . &c .

Ad part. 5. Quæst. 12. Additio.

Visitatores regulariter non posse quemquam beneficio aut officio privare te-
nent Innocent. in cap. dilectus. num. 1. & ibi Hoftien. num. 2. Ioan. Andr. numer. 5.
& alii communiter per text. in c. in singulis. §. ordinantur de statu monach. & per
rationem , quia privatio , cùm sit pena gravissima , non potest imponi , nisi prævia
citatione , & facto processu Ordinario . C. inventum 16 quæst. 7. ubi glof. & Archid.
Visitator autem in visitatione non potest processus judiciales conficer , neque causas
ordinarias cognoscere & definire , sed solum pravos mores corrigerem impositis pœ-
nis & penitentiis salutaribus . cap fin. de statu monach. cap. Romana , §. sane de censib. in
6. Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 2. vers. visitationum autem plene Fagnan. in d. cap. di-
lectus . num. 18. & num. 29. cum se q. de re script. quæ omnia declaranda sunt ut ibi per
cum.



DE-